

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Dan. Stalii Regulae Philosophicae explicatae & Orationes
aliquot**

Stahl, Daniel

Jenae, 1662

Regula IV. Non necesse est, unum contrariorum si sit & reliquum esse

urn:nbn:de:bsz:31-102400

qualitas, ut cum contrariâ qualitate non possit consistere. Ita calor est in igne, quia tamen non potest esse subjectum frigoris, quia calor ipsi inest per naturam, neque forma ignis cum frigore potest consistere. Ita Javellus *X. Met. q. XIII.* Ut compendio dicam, dico: *Contrariorum esse idem subjectum nisi alterum ipsi inest per naturam.* Et de hoc (nimirum, quod est in subjecto per naturam) etiam minor syllogismi §. V. propositi vera non est. Exigne enim calido non sit ignis frigidus, propterea scilicet, quod calor inest igni per naturam, ita ut sitne ei esse non possit.

REGULA IV.

Non necesse est, unum contrariorum sit, & reliquum esse. Aristoteles *Cat-*

gor. Cap. XI.

Relativè oppositorum a est natura, ut si unum est, etiam alterum esse necesse sit: ut si pater sit, non potest non esse filius. At alia est contrariorum conditio; eorum enim unum in rerum natura esse potest sine altero, neque ex eo, quod unum est, inferre licet, & alterum esse; sicut non sequitur; *albus est in rerum naturâ E. & ni-*

grum. Nam si Deus omnia nigra destrueret, relictis albis, quod quidem facile factu ipsi esset, tunc per naturam alba subsisterent in rerum na-

tura, nullo existente nigro. Locum etiam habet

hoc pronuntiatum in privative & contradictrione

oppo-

on possit
amen non
lors ipsi in-
m frigore
. XIII. Ut
n esse idem
am. Et
per natu-
positi vera
nis frigi-
gni per-

f sit, &
te-

si unum
pater sit,
contrari-
rum na-
quod u-
ut non
E. & ni-
eret, re-
eser,
um na-
habet
ictoriæ
oppo-

oppositis, cum non necesse sit aliquod cœcum es-
se, existente eo, quod videt; & ante creationem
mundi Deus erat, sed nihil erat, quod esset non
Deus. Sed quia in hisce extremorum alterum est
non ens, ideo de contrariis specialiter Aristote-
les ita pronunciauit.

REGULA X.

*Si alterum contrariorum est naturâ, etiam
alterum esse natura necesse est. II. de. Cœl.*

c. III. t. 19. I. de generat. & corrupt.

text. 65.

Videtur hæc Regula directè adversari præce-
denti; sed non adversatur, quia prior loquitur de
contrariis quoad propriam eorum naturam; (na-
tura autem cuiusque contrarii in se spectata ad
sui existentiam non requirit existentiam alterius,
sicut Relatum ratione propriæ naturæ ad sui exi-
stentiam requirit existentiam alterius) at posteri-
or hæc considerat contraria in ordine ad comple-
mentum universi & vicissitudinem generationum
& corruptionum. Si enim unum contrariorum
esset in rerum naturâ, ut tamen non esset alte-
rum, ipsa rerum natura seu mundus non esset ita
perfectus, nec tamen generationum & corruptio-
num vicissitudo daretur. Videri potest Suarez

*disp. Metaph. XLV. s. II. num. 18. & Zima-
ra in Theorem. prop.*

35.

Ggg 5

RE-